



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

6. An tantum Symonia in ordine, & beneficio, & ingressu Religionis
subdatur poënis? Et de aliis plurimis casibus benignioribus circa materiam
Symoniæ agitur. Et tandem notatur non esse obligationem ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

actio autem simoniae non completur, nisi ea, sit realis.

Sup. hoc cu
DD. inf. in
ref. 7. §. 1.
post med.
verf. Imo
addo.

24. Hinc colligitur, simoniam conventionalem non fieri realem per chirographum datum ab altera parte contrahentium, de solvendo pretio promisso: quia exhibitio chirographi non est pecunia, sine qua tamen non potest consistere emptio: ergo cum non sit simonia, ubi deest emptio, sequitur per chirographum contrahentium non compleri simoniae vitium.

25. Et tandem contra Suarez de simonia l. 4. c. 42. n. 2. existimat Baunius supra, sine periculo culpae teneri potest, cum poenis Ecclesiae minime subiacere, qui pro auris centum, quos collatori pollicitus est, pro beneficio receptio calculos numerat.

26. Ratio est, quod simonia voluntatem emendi postulet, quam iste non habet, sed fallendi.

27. Secundò, deest vera ratio pretij ac valoris: ergo & simonia.

Sup. hoc leg.
doctr. Ref.
seq. & Ref. 1.
not. seq. &
aliarum ejus
primæ not.

28. Dico sextò, de poenis ipso jure latis, affirmandum est nullam esse impositam committentibus simoniam, nisi simonia fuerit commissa in ingressu Religionis, & in Ordine, & in beneficio, docet Sylva. verb. *simonia*, q. 19. Navarr. c. 23. n. 111. Vgolin tab. 1. c. 12. & tab. 4. c. 3. Lessius l. 2. c. 35. dub. 23. Suarez l. 4. c. 51. n. 5. & alij ab eisdem relati. Ratio hujus conclusionis est, quia neque in decreto, neque in decretalibus invenitur textus imponens ipso jure censuram, vel poenam aliquam simoniaci, ut rectè expendit Suarez supra. Vide Castrium Palaum tom. 3. de *simon. disp. 3. punct. 21. n. 2. & 3.*

29. Et tandem dico septimò, Iosephum Rocaful. in praxi *Theol. mor. tom. 2. lib. 3. de 7. præcepto Decal. sect. ult. n. 1105.* hæc asserere: Non per quamcumque simoniam incurri poenas juris, nec esse impositas cuiquamque simoniae, sed solum juxta probabilioris sententiam simoniae reali, non verò conventionali, vel materiali; neque cuiquamque simoniae reali latae sunt poenae à jure, sed solum simoniae in beneficio, in ordine, & ingressu religionis; sed & Sanchez in *opuscul. tom. 2. l. 2. c. 3. dub. 108. n. 3.* censet contra Navarrum poenas non incurri in simonia jure tantum humano prohibita; præfatio enim extravagantis secundae loquitur de simonia jure divino & humano prohibita; & sic poenae ibi statutæ, sunt de ista simonia intelligendæ: præfatio quippe dat intellectum tot illi, & hanc opinionem censet probabilem Diana 4. præf. 4. ref. 155. ex qua deducit 5. p. *tract. 1. 4. ref. 1.* cum qui habet jus ad eam, & non in re, dedit pecuniam electori, ne sibi ad eam, & non in re, dedit pecuniam electori, ne sibi da vero est præferret indignum, quantumvis sit simoniacus, non Ref. 41. & incurrere poenas juris; quia, ut ipse Sanchez dub. 7. aliis eorum n. 6. contra Raphaelē de la Torre probabile tenet, hæc simonia de jure humano tantum est. Hucusque Rocaful. qui postea n. 1110. sic ait; Dico secundò; Si simonia sit conventionalis, secundum nostram sententiam; cum non incurrat poenas juris, sufficit quod qui accipit poenias relinuat, qui autem accipiat beneficium non resignet, nec debet resignare. Ita ille & num. 1120. ait: Quod si quis accipit beneficium per simoniam conventionalem, juxta eos, qui dicunt simoniacum conventionalem incurtere poenas juris, tenetur dimittere beneficium: juxta nos verò qui tenemus non incurtere poenas juris, non tenetur dimittere; tamen per sententiam judicis est privandus beneficio. Hæc Rocaful.

Sup. hoc sup.
in §. Dico
quinto. &
seqq. hujus
act.

RESOL. VI.

An tantum simoniaci in ordine, & beneficio, & ingressu Religionis subdantur poenis?

Et de aliis pluribus casibus benignioribus circa materiam simoniae agitur.

Et tandem notatur non esse obligationem restituendi pretium acceptum pro collatione Sacramentorum.

Et supponitur simoniaci non obligare ad restitutionem jure naturali, sed jure positivo. Ex par. 4. tract. 4. & Misc. Ref. 157.

§. 1. **R**espondeo affirmativè, unde alia simoniae etiam reales & completæ non subdantur poenis simoniae, & ita docet Adamus Tannerus in 2. d. *Theol. mor. disp. 5. quest. 8. dub. 4. num. 95.* ubi sic ait: Nal. la simonia inducit poenas juris ipso facto, nisi in Ordine, beneficiis & Religionis ingressu. Vnde si qui in alio Sacramento conferendis, vel accipiendis in consecrationibus, benedictionibus, dispensationibus, in pensione vendenda & emenda, vel redimenda, in Vicaria temporalis conferenda, simoniam committit, graviter quidem peccabit, non tamen contrahet poenam excommunicationis, suspensionis, aut inhabilitatis, quod proinde itidem dicendum videtur de permutantibus, sine debita autoritate beneficiis. Ita ille, & ante illum Lessius lib. 2. cap. 35. dub. 23. n. 130. & novissimè Gordonus in *Theolog. moral. tom. 2. lib. 8. cap. 3. dub. 107. num. 3.* quia non datur alius textus puniens simoniacos, nisi Extravag. 1. & 2. de *simonia*, in quibus supradicti simoniaci tantum puniuntur, hinc præter superius dicta insert Sanchez, quod vendens jus patronatus, licet sit simoniacus, at non est excommunicatus, nec incurrit poenas simoniaci, quia non est beneficium. Similiter si Canonici Sede vacante conveniant, ut qui ex ipsis eligeretur Vicarius Capituli, divideret cum reliquis salarium & emolumenta ex officio provenientia, omnes essent simoniaci, non autem excommunicati, quia licet Vicarius sit quid spirituale, non tamen est beneficium.

2. Ex his inferitur non esse audiendum Sotum de *just. lib. 9. quest. 8. art. 2. prope finem*, asserentem omnem simoniacum incurtere excommunicationem, per Extravag. 2. de *simonia*, ibi, qui quemodolibet dando, vel recipiendo, simoniam committit, & infra, in beneficiis & officiis Ecclesiasticis: ergo comprehendit omnem simoniam.

3. Nam respondeo cum Sanchez quod illa verba: quemodolibet dando, vel recipiendo, intelliguntur pro Ordine & beneficio, nam de hac tantum simonia ibi Pontifex loquitur, & sub nomine officiorum Ecclesiasticorum intelliguntur beneficia, ut docent communiter Doctores, quos penes Sanchez habebis.

4. Non desinam tamen hic obiter apponere quæ post discussam materiam de poenis simoniae collegit Adamus Tannerus ubi supra in 2. d. *Theol. mor. disp. 5. quest. 8. dub. 4. num. 99.* ubi sic asserit: Ex his quæ de simoniae poenis diximus, colliguntur hæc pronuntiationes ad praxim notabiliora. Primò nullam simoniam inducere poenas juris (in quibus est etiam poenalis restitutio accepti) nisi in Ordine, beneficiis & Religionis ingressu, ex probabili sententia. Secundò si simoniam mentalem nec in his quidem ipsis, aut illis casibus ullam poenam juris incurtere, ex communicatione, nisi in his quidem ipsis, aut illis casibus. Tertiò ex probabili, neque simoniam conventionalem, excepta confidentiali inducere ipso facto ille poenas juris positivi. Quartò ex probabili, neque si simoniam realem obligare ad restituendum spirituale, si simoniace acceptum, præterquam beneficium. Quintò tandem simoniam (præter excommunicationem in pro quo in Ordine & beneficiis, & suspensionem in Ordine) in supradictis casibus obligare quidem ad restituendum

de inf. io temporale simoniace acceptum etiam ante sententiam, sed ex probabili opinione ante sententiam satis esse restituere ei à quo acceptum est. Sextò simoniam confidentiali ipso quidem facto inducere excommunicationem, atamen iuxta probabilem sententiam nec inhabilitatem ad beneficia (nec privationem beneficij, nisi eadem simonia simul etiam realis sit) in foro conscientie ipso facto inducere, sed solum in foro exteriori, adeoque post sententiam declaratoriam criminis. Septimò hoc idem verum habere in simonia, quæ committitur sive in electione Papæ sive in examine ad paræcias. Octavò & denique ex probabili sententia etiam electionem Papæ, etsi per simoniam factam, si aliqui à duobus tertiis partibus Cardinalium legitime facta sit, non esse ipso facto irritam. Ex quibus licet quædam minus probabilia, & meo etiam iudicio, falsa sint, propter auctoritatem tamen Doctorum probabilia & in praxi tuta censeri possunt. Hæc Tannerus loco cit. Sed si aliqua ex supradictis falsa sunt, ut ipsemet Tannerus fateatur, nescio quomodo in praxi tuta esse possint.

5. Et tandem pro coronide hujus resolutionis ponam hæc ea, quæ Turrianus novissimè in *disput. select. cent. 4. cens. Theolog. dub. 59.* notavit. Sic enim ait: Valquez aliqui viri docti hujus ætatis, senserunt non esse obligationem restituendi pretium acceptum pro collatione Sacramentorum, supponunt enim simoniam non obligare ad restitutionem ex jure naturali, sed ex jure positivo. Secundò docent jura positiva non loqui de hac simonia quantum ad restitutionem, sed de simonia in beneficiis, & multi viri de hoc interrogati in Hispania senserunt esse probabile, quibus ego subscribo. Ita ille.

RESOL. VII.

An ut simoniacus incurrat in penas juris, opus sit simoniam esse ex parte utriusque completam?

Et pro praxi hujus questionis adducuntur aliqui diversi casus in textu hujus Resolutionis.

Et inter prædictos casus duo præcipue proponuntur, ut simoniacus in illis tutus in conscientia maneat.

Et interim poterit Confessorius virtute Bullæ Cruciatæ absolvere ab excommunicatione, & suspensione, &c.

Sed si simoniacus est in mora petendi dispensationem, non est absolvendus donec dispensationem obtineat.

Etiamque notatur penas latas in simoniacos non comprehendere illos, qui tantum simoniam committerent jure Ecclesiastico, & humano prohibitam. Pro quo etiam aliqui casus in exemplum adducuntur in §. ultim. hujus Resolutionis. Exp. 1. tract. 6. & Misc. 6. Ref. 30.

Negativæ sententiæ adherent Doctores, quos citat & sequitur Garzias de beneficiis tom. 1. p. 8. cap. 1. & Castrus Palaus tom. 3. tract. 17. punct. 27. num. 5. Sed licet hæc sententia sit probabilis, non minus probabilem affirmativam esse existimo, ut fateatur ipsemet Castrus Palaus, & illam tuerentur Doctores, quos larga manu adducit Garzias ubi supra n. 19. & Palaus num. 4. quibus ego addo Rocafol. in *Praxi Theol. mor. tom. 2. lib. 3. de septimo præcepto Decalogi, sect. ult. n. 111.* & omnino videndum Petrum Binsfeldium in *Rubrica de simonia, notab. 1. §. tertium fol. 62.* & Remigium in *Pract. Confess. tract. 5. cap. 7. §. 7. n. 4.* ubi sic ait: La simonia real, es quando al modo de pacto se llega tambien la integridad de la cosa espiritual, y temporal de una, y otra parte: y mientras esta no interviene, no queda el contrato perfeccionado en orden à incurrir las penas, conforme à la extravagante,

que trata de las penas de los simoniacos, que habla de datione, ac receptione pretij, & beneficij? Quæ es deinde, que ha de ser completa de entrambas partes. Ita ille. Sed non deseram hic apponere verba Patris Tancredi de *Religione, tract. 2. 4. de simonia, disput. 38. q. 5. n. 18.* sic asserentis: Dico tertio, etiam si beneficium, aut ordo sit collatus, si pretium non est solutum, sed tantum præcessit promissio, adhuc non incurruntur dictæ censuræ, quia sic usu Romano receptum est, ut sola simonia realis utrimque completa puniatur excommunicatione. & suspensione, licet ex vi verborum jurium, quæ solent allegari, videatur sufficere ad incurrandam suspensionem collatio beneficij, aut ordinis cum sola pretij promissione. Ità addo, non esse simoniam completam, etiam si instrumentum pecuniæ, factum sit, & traditum alteri, qui dedit beneficium: nam ut ait Sanchez *lib. 2. cap. 3. dub. 106. n. 4.* scriptura non est pars pretij in rigore. Ita Tancredus. Adverte hic pro praxi, quod qui committit simoniam realem, id est ex utraque parte completam, tunc primum remedium est subire penas juris, renuncians beneficio, non percipiendo fructus ejus, & petendo absolutionem ab excommunicatione, & suspensione. Secundum remedium est, quod petat dispensationem à Papa, vel ejus nuncio, si ad id facultatem habet, & petat collationem beneficij, & pacificatur super fructibus male perceptis, & si dispensatio fuerit facta vera relatione manebit tutus in conscientia; interim verò dum expectatur dispensatio, poterit confessor virtute Bullæ Cruciatæ absolovere ab excommunicatione, & suspensione, & sic absolvi, si fuerit Sacerdos, poterit celebrare missam secretè. Quod si simoniacus differat petere dispensationem, & sit in mora petendi, non est absolvendus, donec dispensationem obtineat.

2. Nota etiam hic obiter, penas latas in simoniacos, non comprehendere illos, qui tantum simoniam committerent, jure Ecclesiastico, & humano prohibitam.

Ita probabiliter plures Doctores, quos alibi adduxi, quibus nunc addo Giragum de *Regimine Regularium, p. 1. dub. 8. n. 8.* ubi sic ait: Nota multum mihi placere opinionem asserentium simoniam realem, & completam, solo tantum jure Ecclesiastico prohibitam, non subjacere restitutioni, & penis simoniæ: unde in permutatione beneficiorum inter duos beneficiatos facta propria auctoritate, & in reservatione pensionis sine licentia superioris, in promissione, seu donatione pecuniæ mediatori pro intercessione beneficij, & in conventionione, addit Diana 4. p. tract. 4. *Miscell. ref. 1. §.*

inter electores, elige me in Provinciale, & ego eligam te in Guardianum, affirmant relati Doctores sic facientes peccare quidem mortaliter, non tamen incidere in excommunicationem, nec privari beneficiis sic receptis ipso jure nec teneri fructus restituere, eo quod ista sunt prohibita jure Ecclesiastico: fundatur in hoc, quia hæc non est simonia propriè dicta, cum non detur temporale pro spirituali, sed generali modo simonia vocatur: ergo quando jura loquuntur de simoniaco, non debent extendi ad hanc simoniam, sed ad aliam, quæ propriè & strictè est simonia, pœnæ enim sunt restringendæ: addunt etiam quod ex processu *Extravag. 2. de simonia*, id clarè deducitur, sic enim incipit: Cum scelus simoniæ pravitatis tam divinatorum, quam Sacrorum Canonum auctoritas abhorreat: unde habetur jura tantum loqui de simonia divino simul, & jure Canonico reprobata, nam præfatio legis, dat intellectum toti legi & ex ipsa regulatur, & causam finalem accipit ut tradit ex multis Molina de *primog. l. 1. c. 5. n. 5.* & alij communiter. Excipe ab hac doctrina cum Sanchez 1. opus. *lib. 2. c. 3. dub. 108. n. 4.* simoniam confidentiali, quæ subdita est pœnis, licet

Sup. hoc sup.
in Ref. 5. re-
citantur in §.
Hinc.

Alibi in Ref.
1. not. seq. &
in aliis ejus
annot.

Quæ nunc
hanc seque-
tur, & signa-
ter pro do-
ctrin. sequenti
in hoc textu
ios. in Ref.
11. & in alio
§. & verè
ejus primæ
annot.

Sup. hoc pro.
pe fin. hujus.